



# FORMUŁY MODLITWY POWSZECHNEJ W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

(Missale Romanum 2002, appendix V)

## TEMPORE PASCHALI

### Sacerdos:

In hoc paschali gaudio, fratres carissimi, Deum instantius exoremus, ut, qui preces supplicationesque dilecti Filii sui propitius exaudivit, humilitatem quoque nostram dignetur aspiciere.

### Intentiones:

- I. Pro pastóribus animárum nostrárum, ut gregem ipsis a Pastóre bono commíssum régere váleant providénter, Dóminum deprecémur.
- II. Pro univérso mundo, ut pace a Christo donáta veráciter perfruátur, Dóminum deprecémur.
- III. Pro frátribus nostris afflíctis, ut eórum tristítia vertátur in gáudium, quod nemo ab eis tóllere possit, Dóminum deprecémur.
- IV. Pro congregatióne nostra, ut testimónium Resurrectiόνis Christi cum fidúcia magna perhíbeat, Dóminum deprecémur.

### Sacerdos:

Deus, qui præséntium hóminum vitam agnóscis diversárum necessitátum passiónibus subiacére, exáudi desidéria supplicántium, súscipe vota credéntium.  
Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.